



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVI. Quæ in Passione Dominica fuit Christi Animæ conditio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

IV. DE CHRISTO PASSO.

QVÆSTIO XVI.

*Qua in Passione Christi fuit Anima
conditio?*

HÆRESIARCH. APOLLINARIS anno 349. §. 5. apud Bzouium, Laodiceæ docere cœptauit, Christum Diuinitatem loco Animæ habuisse, ut qui propria caruerit anima; solo corpore ex Virgine assumptus; ac proinde in Diuinitate quoque passum oppetitisse mortem. Vnde S. Greg. Nazianzenus exprobrans ei dixit: *Tu Sarcolatras es; equidem Anthropolatrasum: Tu Animam in Christo negans semihominem asseris.* Anno 373. In Conc. Romano recitati illius articuli sunt anathematizati.

De GNAFFARO hæretico Theopaschita vide supra q. 7.

LUTHERO-CALVINISTAS esse Psychopaschitas, asserentes Animam Christi pœnas inferni pertulisse, Vide in meo *Luthero-c. p. 1. q. 42. 43. & 52.* Esse & Theopaschitas vide *ib. q. 16. & hic supra q. 7.* & vltioren illud opus demonstratione est.

Solum hoc nondum asserunt; Diuinitatem subire locum animæ in Christo. Sed eo deteriores sunt, quod Christum, quam in corpore, plus passum in Anima, inque Diuinitate blasphemant.

PAPISTA. Christum in Diuinitate passum ac mortuum; itemque in Animâ, & eâ ab exordio beatâ; tam Christianis accidit auribus horrificum; ut vix dum illius blasphemæ refutationem ferre sat valeant. Equidem tum citatis iam locis; tum hisce subiunctis nō pauca hanc in quæstionem disserui; ut in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 45.* an de salute sua dubitarit Iesus; Et *q. 48.* an de sperando peccarit; & *q. 49. 50. & 52.* Quocirca piis hic auribus parere constitui;

Quibus libuerit, indicium facio, vnde compendio requirant.

II. HÆRESIARCH. Origenes, lib. 1. Perichon c. 8. to. 4. teste S. Hier. epist. ad Auictum, ab illa quondam, in cæteris, hæresi infamis damnatusq; fuit; quod diceret: *Esse in inferno, nil aliud esse, quam iratum timere Deum.* Cuius similia monstra confignat Bzouius an. 397 §. 1. & an. 538 §. 5.

LUTHERO-CALVINISTAS ipsum idem peruicaciter declamare, ut cælum à blasphemis eorum vocibus exhorrescere videatur; compendio collectum reperies in meo *Luthero-ca. q. 42. & 57.* vbi porrò assignata alia accipies loca, quibus illud luculentius enarramus.

PAPISTA. Multa sunt ac varia, que de inferis Pagina Sacra prodit, Sanctique Patres confirmant, ac prædicat Ecclesia: profunda, quæ altissime Scholastici perrimantur: qualia sunt: An, Quid, Vbi, qualis sit infernus? Qui, quales, quanti inferi? Quæ, quales, quante, quam variæ pœnæ? Harum quis timor, quæ necessitas, qui cruciandi modus: Pœnarum quæ virga, calices, mallei, ignes, tenebræ, fames, sitis, frigora, flagra, furia, linguarum commasticationes, &c.

Quæ pœna sensus, quæ damni; quæ talium æternatio, iustitia, infelicitas, &c.

Hæc inquam ad vnum referre ac interpretari Numen iratum, ad Metum conscientiarum; hoc opus, hic labor foret, usque nouus Dis, Orcique Magister, tale qui vel attentarit. Plane necesse est, nouos Originistas Luthero-caluinianos consequenter fingere, & prædicta suo cum errore proposito conciliare. Ex quo quantam S. Scripturæ Orciloquis & pœniere pis sint confusionem, omniumque perturbationem, ac euersionem Bibliorum illaturi, nemo

non videt, planeque intelligit. Adhæc, instantium timor est; præsentium verò sensus: cum sit autem damnatis dolor & cruciatus semper præfens; esse in inferno, dici potius oporteret, esse discruciatia Tortore Deo, tortorem Odisse, desperare quietem. &c.

3. Deinde Infernus dicitur Chaos, regnum tyrannicum, cuius membra dæmones, serui Dammati. &c. Isa. 24. *Congregabuntur in unum LOCVM, & claudentur ibi in Carcerem*, 2. Pet. 2. *in Tartarum*, Luc. 12. *in gehennam*. Mat. 13. *in caminum ignis*. Mar. 9. *in ignem inextinguibilem*. Mar. 8. *in Tenebras exter.* &c. Sic Lu. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*. At Christus Ps. 106. *Contriuit portas areas, & veltes ferreos confregit*. Quæ timor dici nequeunt.

4. Postea *Cum contraria sint contrariorum consequentia*, qui infernum esse Timorem fingunt, quid esse beatorum felicitatem comminiscuntur? Spem timor contrariam? At spes, Prou. 13. *qua differitur, affligit animam*; sicque eadem infelicitatem pareret in ipsa felicitate.

5. Adhæc Numinis irati metum quis incola terræ, mortalisque vitæ hospes, non metuit? Cum, 1. Pet. 4. *inustus vix saluabitur, impius ubi parebit?* Cum vel ipse iustissimus nescit, timore an odio dignus sit; dicaturque *Beatus vir, qui est semper pauidus*; plane iustos, & beatos simul dicere infelices, damnatosque necesse est, eò, quòd iratum peccimescere Deum necesse habeant: Ipsi in terris agentes, agere simul infra terram in tartaro dicendi forent. Quæ voluntaria quidem insania est.

6. Ad vltimum Origenis tanta fuit

in Ecclesia viuentis autoritas, vt ea pene vniuersa, ad illius obstupescita miraculum ingenij, scientiæ, eloquentiæ, conuersationis ac vitæ, ab vno dependeret. Verum is denique fidentior sui in superbiâ elatus Ecclesiæ temnere simplicitatem cœpit; hocque in spiritu, quæ alubescerat, in Scripturarum interpretatione monstra confingere noua, Cui contrarius Ecclesiæ Dei que spiritus iustum intorsit fulmen anathematis, eum que confodit.

Periculosus Doctor; Vt vera S. Hier. ad Periarchon librum censura dicat esse talem, *Vt, qui in Trinitate Catholicum legeret, in alijs hereticum non caueret*. Et Cassiodori de Institut. diuin. lect. sententia de Origine sit: *Vbi bene, nemo melius: Vbi male, nemo peius*. Eius articulorum ac errorum prodigia ibidem recenset pauca S. Hieronymus, vt de *Angelorum ruina*, *animarum lapsu*, *de mundis Epicuri*, *præstigiis resurrectionis*. &c.

Vigilius Papa ad instantiam Orientis Ecclesiæ, anno 538. tum ista, tum & hæc damnauit; *Christi animam, vt omnium animas, præcuisse ante corpora; Corpus Christi solum in B. Virgine prius formatum fuisse, dein additum animæ, demum unitum Diuinitati; à qua seiunctum Christum exhorruisse tartara finxit Origenes Allegorista & speculator*.

QVÆSTIO XVII.

An Christus è Limbo Patres eduxerit in cælum Subter aram?

HÆRESIARCH TERTULLIANVS l. 4. in Marcionem. *Eam regionem Sinum dico Abraham, etsi non caelestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium*

Z 2

præ-